



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

II. Markgraf Albrecht verpflichtet sich mit seinen Vettern Otto und Conrad, Nicolaus von Werle in seine Besitzungen gemeinschaftlich einzusetzen, dazu seinen Vettern 5000 Marck zu zahlen und für 4000 ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

bunt. Item in restaurum proprietatis illius partis terre Colberg, quam emit dictus Episcopus a domino Barnym, dabit nobis, quicquid ipse vel ecclesia juris habet in terra Berrenstein, si apud nos manserit dominium dicte terre. Verum si nobili viro Bugslao, Duci Slavorum, eandem terram Berrenstein reddiderimus, apud episcopum et ecclesiam suam dictum restaurum libere permanebit. Item si etiam terra Colberg, quam emit Episcopus, ut dictum est a domino Barnym, ad fortem nostrum in diuisione habenda inter nos et illustres Principes dominos Marchiones, patruales nostros, non venerit et dominium dicte terre Berensten apud nos maneret; sepedicto Episcopo et ecclesie restaurum faciemus secundum ordinacionem fidelium nostrorum Borconis et Romelonis, militum, et dominorum Canonicorum Caminensium, quos Episcopus ad hoc duxerit deputandos. Et quia idem Episcopus et Capitulum suum nos sibi tutorem elegerunt, ipsorum res et personas in protectionis nostre tuicionem suscipimus specialem easdem contra omnes preter patruales nostros Marchiones Brandenb. cum efficacia defensuri. Ut autem hec premissa a nobis firmiter obseruentur, sepedicto episcopo et ecclesie sue obligauimus per publica scripta nostra. Item sepedictus Quoque Episcopus et Capitulum vicissim nobis contra eos, Qui nos et terram nostram inuaserint preter patruales nostros consiliis et suis municionibus fideliter adhibebunt. Acta sunt hec in castro nostro Stargardt, anno millesimo ducentesimo octuagesimo, in die beate Margarete virginis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives.

II. Markgraf Albrecht verpflichtet sich mit seinen Vettern Otto und Conrad, Nicolaus von Werle in seine Besitzungen gemeinschaftlich einzusetzen, dazu seinen Vettern 5000 Mark zu zahlen und für 4000 Mark das Land Schiuelbeyn zu verpfänden, am 19. November 1292.

Nos Albertus, dei gracia Marchio Brandenburgensis, presentibus recognoscimus, protestantes, quod nos et dilecti filii nostri cum uiginti militibus promissimus dilectis patruis nostris dominis Ottoni et Conrado, Marchionibus Brandenburgensibus, quod ipsos iuuare debemus fideliter, ut Nicolaus Domicellus de Werle, filius domini Henrici, hereditati sue restituatur, et dicti patris nostri ad hoc nos iuuare debent uice uersa. Pro iam dicto adiutorio nobis a nostris patruis inpendendo, ut dictus Nicolaus sue hereditati restituatur, promissimus nostris dictis patruis quinque milia marcarum, ponentes eisdem nostris patruis pro quatuor milibus marcarum terram Schiuelbeyn, sub hac forma, quod eandem terram Schiuelbeyn cum quatuor milibus marcarum in die assumptionis beate Marie nunc futura post ad unum annum redimere debemus, si uero in iam dicto tempore dictam terram non redimeremus cum predicta pecunia, ex tunc erit terra Schiuelben nostrorum patruorum, et ipsam amplius nos redimere non licebit. Pro mille autem marcis residuis promissimus nos cum uiginti militibus dictis nostris patruis sub hac forma, quod predictas mille marcas dabimus nostris patruis post assumptionem Marie virginis nunc futuram post ad duos annos ipso die. Si uero dictam pecuniam nostris patruis tunc non daremus, ex tunc cum uiginti militibus nouam Brandenborch intrabimus, non inde exituri, donec predicta pecunia

nostris patris perfoluatur. Si uero nos contigeret in noua ciuitate iacere ciuibus Maydeburgenfibus, tamen predicti milites nostris patris debent iacere in Brandenborch, et postquam foluti nos ipsi fuerimus aut inducias habuerimus a ciuibus Maydeburgenfibus, intrare debemus cum predictis uiginti militibus Brandenborch, non inde exituri, donec mille marce nostris patris perfoluantur. Si autem nos mori contingeret, quod abfit, in foluendo et iacendo fupplebit Otto, nofter filius, uices noftras. Pro iam dicto adiutorio nobis inpendendo, ut refituatur Domicellus Nicolaus fuae hereditati et pro terra Schiuelben, ut detur nobis copia redimendi eandem terram, pofuerunt nobis noftri patris castrum Wolueshaghen cum uiginti uillis proxime iacentibus, fic, quod fi nos non iuuarent, ut predictum eft, et nobis terram Schiuelben redimendam denegarent, ex tunc dictum castrum Wolueshaghen cum uiginti uillis proximis erit noftrum tam diu, donec a noftris patris predicta omnia retradantur. Item recognofcimus presentibus, quod fi dominus Bughen noftros dilectos patros inuaderet, aut ipforum uafallos fpoliando, eisdem noftros patros iuuare debemus fine omni dilatione, et ipsi noftri patris nos fimiliter iuuare debent fine omni dilatione, fi dictus dominus Bughen nos et noftros uafallos attemperet indebite fpoliare. Ut autem predicta omnia a nobis inuolabiliter obseruentur, prefens fcriptum inde factum conferibi iuffimus et figillo noftro fecimus roborari. Actum et datum Brandenborch, anno domini M^o. CC^o. LXXXII^o, XIII^o kalendas Decembris.

Nach dem Original des Geh. Staatsarchives.

III. Markgraf Albrecht giebt feinen Vettern Otto und Conrad die Verficherung, ihnen für den Fall des Rückkaufes von Schiefelbein hundert Brandenburgifche Pfund Auslagen zu zahlen, am 19. November 1292.

Nos Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, recognofcimus presentibus protestantes, Quod fi redemerimus a patris noftris Ottone et Conrado, marchionibus Brandenburgensibus, terram Schiuelbein, termino deputato dabimus eisdem noftris patris pro expenfa centum talenta de Brandenburg. Ceterum fi quid expenderunt noftri patris pro firmatione dicte Schiuelbein, quod notorie ostendere poterunt, de hoc eisdem faciemus debitam recompensam, super quo prefens damus fcriptum noftro figillo roboratum. Datum Noua Brandenburg, anno domini M. CC. XCII, die Elifabethae uiduae.

Nach von Dreger's Abfchrift aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives und der Dikmann'schen Samml. f. 152.